& incenta quam possessionem diu peregri
natae conscendit; & more parentum
tur & seque & nobilium ordine p(er)
eunte aureum feretro velamen
obtenditur. Videbatur mihi tunc clamare
de caelo, non agnosco vestem. Amic
tus iste non meus. Hic ornatus alie
nus est. Sed quid agimus? Matris prohib
turi lacrimas ipsi plangimus. Con
fiteor affectus meos. Totus hic
liber fletibus scribitur. Flevit & Ihs
lazarum quia amabat illum. Non
est optimus consolator quem propri
i vincunt gemitus, cuius visceribus emol
litis fracta inlacrimans verba disr
rumpunt. Testor mi Paula Ihm quem
Blesilla nunc sequitur. Testor scorum
angelos quorum consortio
fruitur. Eadem me dolorum perpeti
tormenta quae pateris, patrem esse
spu nutricium caritate & in ea dum
dicere. Pereat dies illa in qua
natus sum, & heu mihi mater ut
quid me genuisti virum qui dicere
discrimen omni terrae. Et illud ius
tus es dne verumtamen iudicia
loquar ad te; quid est quod via pec
catorum prosperatur & mei
qq paene moti sunt pedes pacem
peccatorum videntes. & dixi quo
modo cognovit ds & si est scientia
in excelso? Ecce ipsi peccatores
& habundantes in saeculo obtinuer

divitias; sed rursum illud occur
rit. Si narravero sic ecce gene
rationem filiorum tuorum prae
varicatus sum. Numquid & in meam
mentem non hic saepius fluctus
inliditur? Quare senes impii saecul
divitiis perfruuntur? Quare adules
centia rudis & sine peccato pueri
tia inmaturo flore metitur? Quid
causae est ut saepe bimuli tri
mulique & ubera materna lac
tantes demonio corripiantur, re
pleantur lepra & morbo regio de
vorentur & e contrario impii
adulteri homicidae sacrilegi
vegeti atque securi de sua sanita
te blasphement in dm? Praeter
tim cum iniustitia patris non redun
det ad filium, et anima quae pec
caverit ipsa moriatur. Aut si ma
net vetus illa sententia peccata
patrum in filios oportere
reddi, iniquum sit longaevi patris
innumera delicta innocentem
infantiae repensare. Et dixi er
go sine causa iustificavi cor meum
& lavi inter innocentes manus
meas & flagellatus factus sum
tota die. Sed cum haec cogitarem,
statim didici cum propheta, & suscepi
ut cognoscerem hoc labor est in cons
pectu meo donec ingrediar in scu
arium di & intellegam in novissima

© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0294